

Lebensfreunden ruft auch Horaz Od. I, 9, 13. den Spruch epikureischer Weisheit seinem Freunde zu:

*Was morgen seyn wird, forsche nicht; wuchere
Mit jedem Tage, den das Geschick dir gönnt.*

IN THUMII OBITUM.

Sic igitur dulcem potuisti linquere terram,
THUMI, nec pietas, nec juveni decus,
Nec TE sollicitae gemitus, lacrimaeque precesque
Conjugis, — heu frustra est illa precata deos!
Grandaevusque pater tenuere aut anxia mater, 5
Parvaeque non potuit nescia nata mali.
Heu nihil et celebres artes juvare medentum,
Quum tacito venit Mors inopina pede,
Et simul accedens, atra circumdata nube,
Immiti secuit stamina Parca manu. 10
Sic subito fatis es nobis raptus iniquis,
Annos qui Pylios vivere dignus eras.
TE Libitina tenet, non exorata querelis,
Et nostras lacrimas surda sepulcra bibunt.
Jam vos, o juvenes, et vos lugete, magistri, 15
Quos concors ad opus consociavit amor;
Vos quoque doctorem, cives, deflete juventae!
Occidit heu nostrae gloria magna scholae!
Quidquid enim Archytas docuit Samiusque magister,
Dogmata et Euclidis noverat ille sagax. 20.
Atque sciebat, uti paulatim sumere formas
Coeperit ignis, aqua et terra polusque suas;
Unde omnes Natura creet res, auctet alatque,
Qua renovet, longo quae periere die.

Ille omne immensum peragravit mente animoque, 25
 Inque domos superas scandere cura fuit.
 Sic sapiens petiit coelum, vitisque locisque
 Altius humanis exseruitque caput.
 Nunc fruitur coelo, vivus quod saepe petebat,
 Corpore et abjecto liber ad astra volat, 30
 Monstraque miratur semper fulgentis Olympi,
 Cunctaque cognoscit, quae latuere prius.
 Despectans illinc hominum certamen inane,
 Spiritus aeterna pace serenus agit.
 Fortunate, vale, sis terque quaterque beatus, 35
 Atria qui nitidi jam colis alta poli.
 Ast hic de caro quid tandem corpore restat?
 Ossa, cinis, pulvis, nil nisi nomen iners.
 Sic, quibus est superesse datum, Plutonia jura
 Discimus et Ditis regna superba feri! 40
 Ne tamen extremo taciturnos pignore amoris
 Fraudemus Manes, dulcis amice, TUOS;
 Iam moesti violas legimus frondesque cupressi,
 Et nostris lacrimis sarta rigata damus,
 Balsamaque ingrato cineri, Syrios et odores 45
 Spargimus, ut niteat, qui tegit ossa, lapis.
 Scribimus et memores titulos in marmore parvo,
 Nomina posteritas ut TUA clara legat:
HIC IACET ANTE DIEM CRUDELI TABE PEREMPTUS
THUMIUS, AETHERIAS DIGNUS INIRE DOMOS.
 At TUA non animis, THUMI, labetur imago
 Nostris, sed memori pectore semper erit.
 Interea ossa cubent feliciter, ultima donec
 Nos iterum sociat, quod precor, hora; vale!



Ille omne in
Inque
Sic sapiens
Altius
Nunc fruitu
Corpor
Monstraque
Cuncta
Despectans
Spiritus
Fortunate, v
Atria q
Ast hic de c
Ossa, c
Sic, quibus
Discim
Ne tamen ex
Frauder
Iam moesti v
Et nost
Balsamaque i
Spargin
Scribimus et
Nomina
HIC IACET
THUM
At TUA non
Nostris,
Interea ossa
Nos ite

25

EREMPTUS
DOMOS.

A 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

R

G

B

W

G

K

C

Y

M

TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

